



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Isidorvs C. 12. Martii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

probant, quem quidem specie columbae obvolitantem capiti ejus non unus vidit. Sed & ad preces illius Angelorum panis in carnem abiit, & hæsitanti feminæ fidem mysteriorum fecit. Tale columnen Christiani orbis subruere tamè Mauritius Imp. cogitavit. Sed mox impiæ mortis consilium morte ipse non unâ luit, toties mortuus priusquam moreretur, quot sub securi filios vidit mori. Ipse idem fatum cū conjugé contra omnium parentum vota ultimus subiit. GREGORIVM verò mortuum ferunt anno DCIV. sed rectius vivere illum etiamnum, & immortalē vivere in suis libris dicemus. Ex Surio

S. ISIDORVS C. 12. Martii.

ISIDORVM rusticum virtus nobilitavit. Invidete vos, quibus honorum titulos vel cunæ alienæ donarunt, vel nummi turpiter mercati sunt. Quod si ridere serico cachinno terræ filios lubet, cur non eodem risu excipitis Angelos, quos ISIDORI vicem, dum hic precatur, sulcare non jam aërem pennis, sed aratro terram, custodire non jam homines, sed hominis mulos, & baculo in lupos pugnare conspicitis? Nimirum, quorum conspectum vos horrorem, præsentiam nauteam dicitis, cum his nobiles cæli cives esse delicias suas putant; vos hircum interim his

R T.
uum-
inus
rum
i fe-
le
e ta-
nox
se
rius-
ilius
juge
ulti-
nor-
tiūs
ctalē
urio
ii.

ibili-
rum
, vel
od si
s lu-
An-
n hic
pen-
non
, &
itis?
vos
duci-
deli-
im-
his

12. M A R T. *Vite Sanctorum.* 149
his oletis; vobis cum omnia adsiunt,
omnia desunt; at ISIDORO cùm li-
buit, olla pultes dedit, & pauper mensa
pauculis structa, hospites eadem totos
pauperum manipulos admisit saturos-
que dimisit. Ite jam & sceptro impera-
re homunculis timidis. Opilio noster
baculo rudi toti naturæ imperat, &
nunc aquas jubet ire, ubi non sunt a-
quæ; nunc quos vos timetis morbos,
&, quam vos fugitis mortem fugat.
Vos generosos terræ vermiculos, ne in
prædam cedatis ignobilioribus vermi-
bus, frustra myrræ armant, frustra bal-
fama propugnant. At ISIDORVM an-
nos ab obitu CCCC. & L. integrum
servavit virtutis odor, quando laudes
illius pleno ore campana æra suopte
motu impulsa cantarunt. Rectè igitur
nobilitatem hanc anno M. DC. XXIII.
Greg. Pont. Max. Cælitum honoribus
condebat. Vos quoque qui largo
pulmone nequicquam nobiles spiritus
spumatis, è viâ cedite; Rusticus noster
in cælo etiâ reges prætit. Ex actis Canon.

S. THEOPHANES C. 12. Mart.
Patria THEOPHANI urbs regia Cō-
stantinopolis, parentes Isacius &
Theodota fuerunt, è principe ambo fa-
miliâ. In locum patris demortui ipse
Imperator subiit, trimulumque in aulâ
suâ omnibus disciplinis erudiri fecit.

K 3 Sed

